



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1618. usque ad annum 1620

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1777**

**VD18 90118847**

§. 23. Hostiles Bohemorum Protestantium motus adversus Cæsarem,  
eorumque Regem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67326](#)

Sæc. XVII. misque vindicare contra legitimos suos  
 A.C. 1718. Principes præsumpserunt, quod tamen  
 in nullo eventu licitum est.

## §. XXIII.

*Hostiles Bohemorum Protestantium  
 motus adversus Cæsarem, eo-  
 rumque Regem.*

*Annales  
 Boic. p.3.l.3.  
 Struv. Pe-  
 riod. 10.  
 seit. 8.  
 Merc. Gal-  
 lob. tom. 12.  
 lib. 3.*

Postquam Bohemiæ Protestantes ob-  
 latam Rudolphini diplomatis, quod  
 præcipue violatum querebantur, con-  
 firmationem rejecerant, sat manife-  
 prodidere, quod *non nisi Religionis ob-*  
*tentu præconceptam Imperii, Domusque*  
*Austriacæ ruinam tegere intenderint;*  
*vix enim quotidie affluentibus Sectario-*  
*rum auxiliis exercitum suum vehemen-*  
*ter amplificatum cernebant, cum illico*  
*Ferdinandum Regem suum exaucto-*  
*randi, exterumque Principem ad Regni*  
*gubernacula extollendi consilia agita-*  
*rent. Ea de re Legatos misere ad Sa-*  
*xoniæ & Palatinatus Electores, imo*  
*nec dubitarunt Carolo Emanueli Sab-*  
*audiæ Duci quasi venale diadema Bo-*  
*hemicum proponere, oblato sesquimil-*  
*lionis aureorum pretio ac quinque ar-*  
*matorum millium, expensis suis alieno-*  
*dorum sponsione. Fovebat præcipue*  
*eorum consilia Fridericus Palatinus Ele-*  
*cotor, qui eis auctor exstitit, ut con-*  
*ventui*

ventui de Rege Romanorum cooptando Sæc. XVII.  
obluctarentur: Manifestius autem eis- Sæc. 1618.  
dem rebellionem in Cæfarem, Regem-  
que suum suadebant Fœderati Belgii  
Ordines sectæ suæ socii, qui Bohemos  
magis magisque commoventes, sedulo  
eos hortabantur, ut pacificationis spe-  
cie circumveniri se nullatenus pateren-  
tur, sed exemplo quoque suo prægra-  
vem dominatum, ac obedientiæ jugum  
excuterent: eam in rem omne etiam  
studium pollicebantur. Ut ergo Cæfa-  
ris copias prævenirent, eorum jussu,  
prior Turrianus Comes unacum Kynz-  
kio maxima, qua potuit celeritate in  
Bohemiam irrumpens, Budovisium ur-  
bem, eoquod in Cæfaris obsequio im-  
mota perstisset, acriter oppugnare  
cæpit: vicissim vero Tampierus Comes  
primo Landsteinum, irrito licet cona-  
tu, aggressus, Bistricum contendit,  
illudque oppidum occupavit, in eoque  
circumjectis aggeribus, ductisque fos-  
sis sese communivit, promotisque ad  
Novodurnum seu Neuhusium castris,  
cum a rebellibus frustra ditionem po-  
stulasset, incensis eorum suburbii Pil-  
grarium festinavit, quo prius perve-  
niens, in via submissas a Turriano  
suptetias delevit, quamvis seditiono-  
rum copiis eum strenue insequentibus,  
ad Bistricii pene portas usque se re-  
cipere

Sæc. XVII. cipere compulsus esset; retrogressis au-  
A.C. 1618. tem hostibus in finitima Bohemicæ fa-  
 ctionis loca populabundus subinde eru-  
 pit, Gomiziumque oppidum aitu inter-  
 cipiens, illud magna annonæ copia re-  
 fertum militibus suis diripiendum per-  
 misit, eo fine, ut validum Pilsensibus,  
 qui Bohemorum rebellium sectam per-  
 fidiamque detestabantur, præsidium im-  
 portare posset: ipse vero postea a Cæ-  
 sare Viennam revocatus, Bucquoio Co-  
 miti Cæsarei exercitus imperium cel-  
 fit. Hic autem per Moraviae fines Bo-  
 hemiam ingressus, Teutobrodam ur-  
 bem ceperat.

#### §. XXIV.

#### *Dolosa Correspondentium Principum consilia in favorem rebellionis Bohemicæ.*

*Struv. Hist. Germ. Pe-  
riod. 10.  
secl. 8.  
Merc. Gal-  
lob. tom. 12.  
lib. 3.  
Hist. de la  
ribell. de  
Bohem.*

Interim Acatholici in Germania, Fœ-  
 deris Correspondentium seu unitorum  
 Protestantium Auctores, Ducesque, u-  
 nice in id intenti erant, ut rebelles Bo-  
 hemos consiliis & suppetiis ad conti-  
 nuandum belli cursum adjuvare possent,  
 eo hujus opis emolumento, ut Mathia  
 Cæsare in Bohemia curis armorum de-  
 merso, ipsi interim eo licentiosius in  
 Imperii viscera & Catholicorum bona  
 armis suis grassari possent. Ut autem  
 per-